Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hortano corrigit blanda. Sicut periti medici aduarios corporis morbos
diuerso medicamine seruunt: ita. ut iuxta uulnerum uarietatem medici
na diuersa fit. sic & doctor ecclie singulis quibusq; congruum doctrine re
medium adhiber. & quod cuiq; oportuit. prouenit. pro seru. ac professione an
nuntiabit. Prima quippe prudentie uirtus est. eam quam docere oportet.
existimare personam. Aliter est agendum erga eos qui nuo committuntur
regimini si offendunt. atq; aliter cum his qui nobis commissi non sunt. Qui
uisti sunt. uenerandi sunt: si uero delinquunt. pro sola caritate ut locus est
corripiendi sunt. non tamen cum seuertate: sicut hi qui nobis regendi sunt
commissi. Pro malo merito plebis. auferitur doctrina predicatoris. Pro bono
merito audientis. tribuitur sermo doctori. In potestate diuina consistit
cui uelit deus doctrine uerbum dare: uel cui auferre: & hoc aut prouiden
tis. aut pro audientis sit merito ut modo pro culpa plebis auferatur sermo
doctoris. modo uero pro utilibus meritis tribuatur: Qui docendi accipit of
ficium. interdum ad tempus facta proximi taceat. que statim corrigere
nequaquam existimat. Nam si ea corrigere potest & dissimulat. uerum est.
quod consensum erroris alieni habeat. Plerumq; sancti doctores pro mali peri
tia. quia inquos emendare nolunt. his tacere disponunt. S; calore
spi quo aguntur ferre non sustinentes. uerū increpationē prosiliunt in
quorum. Qui pfunt prosubditorum iniquitate dampnantur: si eos aut ig
norantes non erudiant. aut peccantes non arguant dicente domino ad pro
pheram. Speculatorem te dedi domui israel. si non fueris locutus ut se custodi
at impius anima sua ille iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius
de manu tua requiram. Qui pre est. curam debet habere debis qui pereunt.
ut eius redargutione aut corrigantur a peccatis. aut si incorrigibiles exis
tunt. ab ecclesia separentur. Qui blando uerbo castigatus non corrigitur
acrius necesse est arguatur: Cum dolore enim abscidenda sunt. que lenit
sanari non possunt. Qui admonitus secreto corrigi de peccato neglegit.
publice arguendus est. ut uulnus non quod occulte sanari nescit: manifes
te debeat emendari. Manifesta & ebc peccata. non sunt occulta correctio
ne purganda. Palam enim arguendi sunt. qui palam nocent. ut diu apta
obiurgatione sanantur: hi qui eos imitando deliquerant corrigantur: &
dum unus corripitur: plurimi emendentur: Necesse est enim. ut pro
multorum saluatione magis unus condemnetur: quam unius licentia
multi periclitentur. Ita ergo delinquenti sermo est proferendus. si
cut eius qui corripitur. exposcitur salus. Quod si opus ē aliquam medica